

LA REALEZA DE MARIA

por M. CUERVO, O. P.

SUMMARIUM.—*B. M. Virgo vere est Regina totius mundi, non tantum in sensu metaphorico, sed etiam in sensu stricto et proprio, analogice tamen ad Christi regalitatem.*

Natura regalitatis B. M. V. determinanda ac mensuranda est ex fundamentis a quibus ortum habet, analogice ad Christum et non ad reginas hujus mundi.

Triplex fundamentum regalitatis Christi invenitur: Unio hypostatica, hominum redemptio et eorum justificatio ac tandem glorificatio, ex quibus triplex potestas regalis in Christo oritur erga mundum universum et omnes homines, legislativa nempe, judiciaria et coercitiva.

Analogice ad Christum et dependenter ab eo etiam regalitas B. M. V. triplici fulcitur fundamento, maternitate scilicet divina, ejus universali corredemptione omnium hominum, et ejusdem maternitate spirituali et universali erga ipsos homines, quae quidem immediate sequitur ejus corredemptionem et universalem distributionem gratiarum.

Ex his fundamentis triplex etiam invenitur potestas regalis in B. V., legislativa scilicet mediante gratia, quae est praecipuum in nova lege, judiciaria et coercitiva. Etenim potestates judiciaria et coercitiva in ipsa potestate legislativa implicantur, cum qua intimam et naturalem connexionem habent. Propter quod necesse est etiam in B. V. proprie inveniri.

Haec triplex potestas regalis, licet proprie ac formaliter in B. M. V. inveniatur, non tamen eadem ratione ac mensura sicut in Christo, sed tantum analogice, ab eo participatae et derivatae, juxta dignitatem ac mensuram munerum B. M. V. erga omnes homines.

Regalitas igitur universalis B. M. V. est omnino supernaturalis ac supra omne modum transcendens regalitatem omnium reginarum hujus mundi.

En el opúsculo *De Regimine Principum*, define Santo Tomás al Rey diciendo que es, «qui unius multitudinem civitatis vel provinciae, et propter bonum commune regit» (c. 1). O sea, el sujeto que tiene poder sobre los hombres de una nación para regirlos y gobernarlos en orden al bien común.

Tres son, por tanto, los elementos que entran en el concepto del Rey: uno *material*, la multitud de individuos sobre los cuales ejerce verdadero dominio; otro *formal*, la misma potestad regia o dominio que tiene sobre

«Salmanticensis», 8 (1961).